



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Cremonensia. In Cremonam Jul. Cæs. Scaliger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

EPIGRAMMATA PORTARUM
cubicularium & cœnaculorum.

Mentem fortuna secundet.
Vires animo desunt.
Convivia parca, si frequentia.
A conventu malignantum libera me Domine.
Æolus hic clauso ventorum carcere regnat.
Temporibus æstivis, ad magnitudinem calorum: sibi
necessariis & amicis hoc remedium comparavit.

INSCRIPTIONIO ANTRI COBOLI: UNDE
venti aestate gelidissimi: hyeme calidi spirant.

Ad locum istum ædificandum, longum illud tempus
quo non ero, magis me movit; quām exiguum vitæ meæ.

PICTURÆ CUJUSDAM ITA-
LICÆ INSCRIPTIONIO.

DEvorat agricolam rex; regem tyro; sed illum
Usurator edit: comedit sed presbyter istum:
Presbyterum meretrix: meretricem leno remordet:
Lenonem caupo: sed cauponem parasitus:
Istum sextipedes: simia sextipedes.



CREMONENSIA.

IN CREMONAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Quis modus esset agris, & quanta licentia frugum,
Verba peregrina Gallica voce notant.
Inde solum nati latum dixer Cremonam,
Quin Latio vox est deliciosa tremor.
Uſq; adeo longo reddit cum fœnore tellus:
Præteritiq; horrus commoda ridet ager.

Deficit & cultrum, & vomer: non deficit ube.

Lassa manus, trita sarcula, fessa Ceres.

Reddant pensum alia: nostra lex unica terra est:

Et votum domini, & spem superare sui.

INSCRIPTIONES CREMONENSES.

AD SIGISMUNDI.

Franciscus Sforziæ F. ex Sforzia familia Mediolan. Dux
Blancam-Mariam Philippi Vici Comitis F. heic sibi uxo-
rem adjunxit, idq; per verba & annulos ex more signifi-
vit, Anno à Christi conceptione 1457.

CAMILLI BOCCATTI.

*Arte fuit nato prior, & pater arte secundus,
Ergo erit arte minor, qui fuit arte prior.*

Ob. M.D. XLVI. IIII. non. Jan.

IN AMBITU.

Approbare falsa pro veris, non est natura hominis in-
stituti, sed poena damnati.

Quod nisi præpotens atq; pientiss. Deus S. patrem Au-
relium Augustinum fortunato tempore nobis concessis-
set ac donasset; sanctificatio nostra desolata fuisset; dies fe-
sti nostri conversi in luctum, sabbatha nostra in opprobi-
um, honores & sublimitas nostra in mœrem & plan-
etum. Hæc Valerius ad Nestorium.

Blanca-Maria Franc. Sforziæ uxor. M. P.Q. aram atque
ædem felic. matrimonii M. F.C. Hieronymo ejusq; mo-
nachis cedit ac sacravit: ministris victum annum
de suo H.E. Cremona. dotali urbe dd.de-
crevit. legavit. An. 1469.

B.R.I.